



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

43. An qui invenit papyrus, in qua erant peccata alicujus scripta, teneatur  
ad Sigillum Confessionis, sive jam confessio facta sit, sive adhuc facienda  
sit? Ex quo solvi possit, quid sit dicendum de ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

*Et an si dicta peccata vergerent in damnum commune  
seu alicuius innocentis tertij, tenetur in tali casu re-  
pertor Charta illa peccata revelare ad auertendum  
tale damnum?*

*Et si repertor supradictae chartae moraliter certus sit  
non nisi leuia, & non infamantia peccata in ea esse  
ideoque curiositate legat, vel lecta alii euult, an  
debeat censeri peccare mortaliter, sicut Superior, aut  
Index, qui inuenta schedula peccatorum alicuius  
vellet contra illum inquirere, vel tantum peccet ve-  
nialiter? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 11. alias 112.*

*Sup. hoc in §. 1. Teneri dicta peccata abscondere sub secreto  
Ref. seq.*

*Eneri dicta peccata abscondere sub secreto  
naturali, non autem sub sigillo confessionis,  
docent Suarez 10. 4. dispu. 3. seq. 4. n. 5. Connich de  
Sacram. dispu. 9. dub. 4. n. 50. Layman in Theol. mor. lib.  
4. tract. 6. cap. 15. n. 19. Henriquez lib. 3. de penit. cap.  
20. num. 2. & in glossa littera M. Megala in 1. par. lib.  
1. c. 16. n. 7. Onuphrius opuscul. de sigillo confessori. seq.  
3. quaf. vnic. dub. 6. fol. mibi 2. 8. & alii penes ipsos.  
Et ratio est, quia eti peccata illa descripta fuerint, aut  
sine futura materia remota confessionis, tamen non  
sciuntur primò & immediatè ex sacramentali confes-  
sione, sed omnino ab extrinseco. Ergo non cadunt sub  
sigillo confessionis. Vnde ex his appetit, quod si  
dicta peccata vergerent in damnum commune, seu  
alicuius tertij innocentis, tenetur in tali casu, ut no-  
teat Layman *vbi supra*, qui dictam chartam inuenient,  
illa peccata ad auertendum tale damnum revelare,  
nam secretum naturale, ut patet, non obligat cum  
damno alterius.*

*2. Sed ego contraria sententiam sustinendam esse  
puto, & ita docent Fagundez præcep. 2. lib. 6. c. 5. n. 16.  
Delrio in disquis. magica lib. 6. cap. 1. seq. 2. Graffius  
Vega, Vitaldus. Navarra penes ipsos Idem etiam do-  
cet nouissime. Homobonus de exam. Ecol. part. 1.  
tract. 5. cap. 21. quaf. 1. 2. Zanardus in direct. confes.  
part. 1. de sacram. Penit. cap. 29. dub. 3. Rodriguez  
in summ. 10. 2. c. 5. n. 4. Berardius in summa corona,  
part. 1. cap. 3. n. 1. 7. Malderus tra. 1. de sigillo confess.  
c. 13. vbi sic afferit. Quia inuenient descripta pœnitentia  
peccata, quæ litteris mandata forte memoræ  
causa, ut ex actiū confiteatur, tenetur sigillo, sive  
iam confessio facta sit, sive ad hanc facienda sit. Com-  
munis Doctorum ratio est, quia chartæ iustus tenor  
est aliquid confessionis, & quasi confessio scripta, ut  
equiparari possit charta illa modo, quo quis casu  
audit confessionem, est enim charta illa quasi inter-  
nuntia iuvans memoriam confitentis, itaque cœnatur  
sigillata facto sigillo. Ita Malderus, & recte quidem;  
nam charta illa dici potest confessio inchoata: & si  
peccata illa sint confessa, iam effecta. Ideo firmius di-  
cere possumus, cadere illa sub eodem sigillo, sicut  
illa, quæ aliquis reuelavit mihi ex dicto Confessarij  
vel ex auditione confessionis. Et licet pro contraria  
opinione adhuc DD. tamen nostra est amplectanda,  
quia favorabilior est Sacramento.*

*3. Notandum est hic obiter, Layman in Theol. mor.  
lib. 4. tract. 6. cap. 15. n. 19. afflere, quod si dicta  
schedula repertor moraliter certus sit, non nisi leuia,  
& non infamantia peccata in ea scripta esse, ideoque  
curiositate legat, vel lecta alii euult, non debet  
censeri plusquam venialiter peccare, quia non  
violavit sigillum confessionis, sed tantum naturale,  
enius obligatio ob materiam paruitatem minutitur. Ita  
ille. Sed ego putto ita facientem peccare mortaliter,  
& frangere sigillum confessionis, sicut Superior, vel  
Iudicem, qui inuenta schedula peccatorum alicuius,  
vellet contra illum inquirere, & punire. Vide Fa-  
gundez in 4. seni. dist. 19. quaf. vnic. dispu. 34. cap. 4.  
num. 88. Reginaldum in praxi, tom. 1. cap. 3. num. 30.  
& alios communiter.*

*Sup. haec  
schedula le-  
ge §. Vnde  
rei præteri-  
ta annot.*

## RESOL. XLIII.

*An qui inuenit papyrum, in qua erant peccata alicuius scripta teneatur ad Sigillum confessionis, siue confe-  
ssio facta sit, siue adhuc facienda sit.  
Ex quo solus possit, quid dicendum sit de illo, qui re-  
perit libellum, in quo scripta sunt peccata alicuius?  
Et quid, si charta scripta sit ad virtutem dolium ad-  
tendum consilium pro confessione?  
Ex quibus etiam sequitur, quod si index inuenit scripta  
reliqua schedula commendatum ad confessionem  
faciendam, tenetur index cessare ab inquisitione cri-  
minis, & non iuvare ex illa notitia, si non etiam pœni-  
tentiem condemnasset coniunctum testib. & postea  
intelligeret totam delationem vel accusationem or-  
tam fuisse ex Sigilli violatione, tenetur damnatum  
absoluere, & dimittere. Ex part. 5. tr. 11. Ref. 27.*

*§. 1. N*on teneri dicta peccata tacere sub sigillo, sed sub magno secreto naturali, docet Iacobus  
nurus tom. 4. dispu. 6. quaf. 9. dub. 6. n. 1. 3. Sotus de se-  
creto, quaf. 4. dub. 3. num. 3. Bañez in 2. 2. quaf. 3. a-  
tie. 8. dub. 5. conclu. 2. Valboa de Magroujeo 1. 1. 1.  
Salmat. in c. omnis virilisque sexus, de penit. & remis-  
sion. n. 6. Martini in D. Theman 10. 3. dispu. 32. lib.  
2. num. 4. Marchantius in resolut. Pistor de Sacra. 1.  
de Penit. cap. 4. 9. 4. Raynaudus de Monior. part. 1.  
3. quaf. 4. Navarra de resolut. 1. 1. cap. 4. n. 4. 50. Och-  
agavia de Sacr. tr. 3. de sigillo, quaf. 2. n. 2. Granado in  
part. de Sacr. controver. 7. tr. 11. dispu. 4. n. 1. quia illa  
charta non erat confessio, sed via ad illam Et video hac  
sententiam tenet Onuphrius opuscul. de sigillo, seq.  
q. vnic. dub. 6. vbi sic ait: Ex his soli posse quid sit  
dicendum de illo, qui reperit libellum, in quo sunt  
descripta peccata alicuius, dicimus enim illum teni-  
ri ad celandum, quæ scripta peccata reperit, non si-  
gillo sacramentali, sed secreto naturali. Et ratio est,  
quia eti peccata illa descripta fuerint, ut sint futura  
materia remota confessionis, quia tamen non  
sciuntur primò & immediatè ex occasione sacramen-  
tali, sed omnino ab extrinseco, ideo qui sic reperit  
libellum illum, non videtur posse ligari, nisi collum  
naturali secreto ad ea, quæ descripta reperit, celan-  
da, non secus ac si quis peccatum alterius fecerit al-  
ter, quam per confessionem. Vnde sequitur gran-  
ter quidem illum peccatum, si deinde cum aliis lo-  
quatur de illis, quæ sic descripta reperit in libello, ex  
Soto *vbi supra*.

*2. Mihi vero magis placet opinio affirmativa  
quam docui cum multis Doctoribus iv. 3. part. 11.  
lib. 4. resolut. 112. quibus nunc ad Modium Fene-  
nes in speculo morali, part. 1. cap. 8. num. 8. Facit  
de sacram. Penitent. lib. 7. quaf. 29. Fornarium in  
Instr. Confessar. lib. 1. tract. 1. cap. 3. numer. 13. Gra-  
fium decis. aw. part. 1. lib. 1. cap. 2. num. 43. Ioldas  
rationes pro hac sententia afferentes, quas omnino  
videbis; vide etiam Marchinum de peste, part. 1. cap.  
1. 1. num. 14.*

*3. Vnde ex his sequitur, ut optimè obliterat Fa-  
gundez præcep. 2. lib. 6. cap. 4. num. 28. qui dicitur si index in-  
uenisset peccatum rei, schedula commendatum ad con-  
fessionem faciendam, tenetur index cessare ab in-  
quisitione criminis, & non iuvare ea notitia, inde  
etiam iam reum condemnasset coniunctum testi-  
bus, & postea intelligeret totam delationem, vel  
accusationem ortam fuisse ex sigilli violatione, te-  
netur damnatum absoluere & dimittere & ideo no-  
stram sententiam, nempe inuenientes schedulam in  
qua scripta sunt peccata, teneri ad sigillum, docet  
etiam Fagundez loco citato, cap. 5. numer. 16. quaf.  
charta*

charta scripta sit ad virum doctum ad petendum consilium pro confessione, afflumitur ibi vir doctus tanquam persona necessaria ad perfectionem Sacramenti, non necessaria secreto; si vero tantum scripta sit in subdilium memorie, iam potest dici confessio inchoatua, vt patet, & quia latenter ratio nes, & Doctores faciunt hanc rem dubiam; in dubio autem inclinandum est in fauorem sigilli & Sacramenti. Iam vero si peccata, quae inueniuntur scripta jam confessa, cùm ianuaria affecta maneat signata confessionis, firmius dicere possimus, cadegillo confessionis, firmius dicere possimus, cadere illa sub eodem sigillo, & transire semper cum suo onere sigilli: sicut enim illa, quae mihi revelauit alius, qui ea à Confessore audiuit tenetur servare sub sigillo, sic etiam tenebatur seruare hec peccata scripta, que iam fuerunt confessa sub eodem sigillo, cum par sit utroque ratio: nam propterea illa peccata, que audio ab alio, tenetur seruare sub sigillo, quia scio fuisse confessa, & quia ubi primùm confessione subiecta fuerunt, ita affecta obligatione ac onere sigilli manerunt, vt semper tranleant cum suo onere, & illud exiret numerum possint, nisi de confessu contentum, de eorum enim confessu possint non solum Sacerdotes, sed etiam quicunque alii loqui de huiusmodi rebus confessi, ut sepe diximus. Ergo etiam propterea illa peccata, quae fuerunt confessa, & scripta inveniuntur, affecta erunt prædicti onere, & obligatione sigilli, quia iam confessa sunt, & semel sub sigillo cesserunt, nam parum refert, quod ego nesciam illa iam fuisse confessa, id enim per accidentem est, & tunc incipient sub sigillo obligare, cum id sciuerim.

### RESOL. XLIV.

*An que peccata non sunt, & alios concernunt, teneatur Confessarius celare sub sigillo? Ex part. 5. tr. 1. 1. Ref. 38.*

§. 1. Si confitens occasione suorum peccatorum, supponit tamquam circumstantias, aut obiecta, aut quia sua ruditate cum non pertineat, putat ea pertinere ad explicationem suorum peccatorum aliqua talia secreta narrat, existimant Doctores talia etiam comprehendendi sigillo; si vero concomitant solum in confessione narrarentur, teneatur Confessarius solum secreto naturali, nisi forte propter scandalum, quando putarentur ad confessionem pertinere, etiam aliquid admisceatur obligationis ipsius sigilli; & ita docet Maldeus tract. de sigillo, c. 18. Probantr supra dicta, & cum responsio continet tres partes, Prima probo, quia circumstantias comprehendendi sigillo, est communis sententia, quod extendendum est ad alia quacumque quae à penitente dicuntur ad declarandum peccatum suum, sic enim demum securè etiam simplices peccata sua narrant. Secunda pars probatur, quia illa non pertinent ad confessionem, cum sine illis omnino confitatis integra, & hoc ipsum feciat penitens, qui etiam iis non vtitur ad explicandum sua peccata: at forte ex levitate ibi narrat, quo eis à Confessario reprehendi debet, aut consilium aliquod circa illa peti, aut solamen, si ipsum affligant. Sufficit ergo seruare illa secreta naturali obligationi. Tertia pars, quae calum scandali excipit, est certissima, quia vt diximus *sopra*, hoc cederet in grauamen, & odium confessionis si reuelarentur. Vnde in calu scandali ne quidem proposito edicto de excommunicatione non reuelantis, videtur talia debere reuelare, quamvis quidam tunc putet, debere reuelare, sed tu tene nos stram sententiam.

Tom. I.

### RESOL. XLV.

*An se penitens explicet aliqua in confessione concomitante, teneatur Confessarius celare sub sigillo? Ex part. 5. tr. 1. 1. Ref. 5.*

§. 1. Negatius respondet Mercerus in 3. part. Sup. hoc leg. q. 11. art. 2. & ideo ea, quae non pertinent ad doctrinam peccata declaranda, sed in confessione concomitante & aliquid dicuntur propriè non contineri sub sigillo, docet supra in Ref. Suarez in 3. part. dist. 33 sect. 3. & alij. Si nullo modo tamen inferuant accumulatione peccatorum.

2. Sed ego adderem cum Tannero tom. 4. disput. 6. quæst. 9. dab. 6. num. 1; 6. Si nec inferuere exiftimarentur ab ipso penitente, ita vt nec in ordine ad peccata explicanda sint in confessione patefacta; nam si hoc modo explicarentur à penitente, puto sub sigillo ad illa non manifestanda Confessarium teneris;

& ita etiam docet Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 3. cap. 4. n. 39. vbi sic ait: Cadere sub sigillum non modo cùm ad peccatum declarandum necessarium fuerit tale quid in confessione exprimi, sed etiam cùm fuerit vtile, in modo quoties in eum finem penitens (etiam si in eo forte agat minus prudenter) aliquid dixerit, quod est in confessione tolerandum habita ratione communis modi confitendi hominum, multa sepe dicentium animo declarandi sua peccata, quae nihil sunt ad id necessaria, in modo interdum neque utilia; cùm ergo simplices & imprudentes avertendi non sint à confessione, sicut nec alii, tacenda sunt quæcumque ab eis dicuntur ad explicationem suorum peccatorum, vt possint securè, & sine timore revelationis confiteri. Sic ille. vide etiam Fabrum de panit. in 4. sent. dist. 19. quæst. uniuers. disputat. 34. cap. 2. num. 31.

### RESOL. XLVI.

*An aliquando Confessarius possit obligare penitentem ad declarandum complicem?*

*Et aduertitur posse contingere, ut licet penitens dicat se velle per se ipsum immediate, vel per alium dare notitiam complicis ad impedienda mala iuxta suam obligationem; adhuc Confessarius possit illi differre absolutionem. Ex part. 6. tractat. 7. & Miscell. 2. Ref. 2.*

§. 1. Respondeo, quod non repugnat dari casum, sup. haec leg. doctrinam R. sol. trium R. sol. sequentium. & in 10. tr. 4. Ref. 2. in fact, & e de fcas videre f praedictam Ref. 2. signatur ab eius lin. 7. & veri. certum est.

R in quo possit Confessarius penitentem obligare ad manifestandum sibi complicis non men: non quidem quasi Confessarius eam obligationem imponat, sed quia reuera penitens eam habebat: & Confessarius, qui ex eius confessione hoc agnoscit, admonet illum de sua obligatione, cui si non vult, satisfacere, iam meritò ei absolutionem negat, quem non inuenit ad absolutionem dispositum. Porro posse illum calum contingere, constat aperte, quia potest Confessarius videre ex occulatione complicis gravissima damna imminentia, ad qua impedienda penitens omnino tenetur: rufus videt, penitentem se ipso immediate id non posse exequi, nec habere alium, per quem id possit præter ipsum Confessarium: quo calum certum est teneri penitentem ad illud medium vnicum eligendum: quod si eligere nolit, iam non est aptus ad absolutionem recipiendam. Et haec omnia docet Lugo de Sacrament. penitent. disputat. 16. sect. 8. n. 43. 2. qui recte obseruat num. 434. posse con-

P p tingere,